tue precedant gressus tuos. Palpebre quippe
gressus precedunt. cum operacōnem nostraꝫ
cōsilia recta preueniunt. Qui enim negligit cō
siderando preuidere que facit. gressus tendit o
culos claudit. Pergendo iter cōficit. sed preui
dendo sibimetipsi non antecedit. Atqꝫ idcirco ci
tius corruit. quia quo pedem operis ponere debe
at ꝑ palpebrā cōsilij non attendit.

Qd aliter ammonendi sunt Mansueti at
qꝫ aliter Iracundi. Cap. xo.

Aliter ammonendi sunt mansueti atqꝫ ali
ter iracundi. Nonunq̄ nāqꝫ māsueti cum
presunt. vicium e quasi iuxta positum torporem
desidie paciuntur. et plerumqꝫ nimia resolucō
ne leuitatis vltra q̄ necesse est. vigorem distri
ctionis emolliunt. At contra iracundi dum re
giminum loca percipiunt quo impellēte ira in
mentis vesaniam deuoluuntur. eo etiam sub
ditorum vitam dissipata quietis tranquillita
te confundunt. Quos cum furor agitat in pre
ceps ignorant quicquid irati faciunt. ignorāt
quicquid a semetipsis irati paciuntur. Nonun
q̄ ꝙ est grauius ire sue stimulum iusticie zelum
putant. Cumqꝫ vitium virtus creditur. sine
metu culpa cumulatur. Sepe ergo mansueti
dissolucōis torpescūt tedio. sepe iracūdi rectitu
dinis falluntᵉ zelo. Illoꝝ itaqꝫ ṽtuti viciū latēt


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
gefördert durch die DFG